

32

OBSERVAT. SIDEREAE

Ori.

*



*

Occ.

constitutas, vna versus occasum cernebatur Stellula admodum exigua, a Ioue remota *min. 2.*

Die 16. hora sexta in tali constitutione steterunt. Stella nempe orientalis a Ioue *min. 7.* aberat Iupiter a sequenti occidua *min. 5.* hæc vero a reliqua occidentaliori *min. 3.* erant omnes eiusdem

Ori.

*



*

*

Occ.

proxime magnitudinis, satis conspicuæ, & in eadem recta linea exquisite secundum Zodiaci ductum.

Die 17. H. 1. duæ aderant Stellæ, orientalis vna a Ioue distans *min. 3.* occidentalis altera distans

Ori.

*



*

Occ.

min. 10. hæc erat aliquanto minor orientali. Sed hora 6. orientalis proximior erat Ioui, distabat nempe *min. 0. sec. 50.* occidentalis vero remotior fuit, scilicet *min. 12.* Fuerunt in vtraque observatione in eadem recta, & ambæ satis exiguæ, præsertim orientalis in secunda observatione.

Die 18. Ho. 1. tres aderant Stellæ, quarum duæ occidentales, orientalis vero vna: distabat orientalis a Ioue *min. 3.* Occidentalis proxima *min. 2.*

Ori.

*



*

*

Occ.

occidentalis reliqua aberat a media *min. 8.* Omnes fuerunt in eadem recta ad vnguem, & eiusdem fere magnitudinis. At Hora 2. Stellæ viciniores paribus a Ioue aberant interstitiis: occidua enim aberat ipsa quoque *min. 3.* Sed Hora 6. quarta Stellula visa est inter orientaliorem & Iouem
in tali